Regierung Canuti I. *Königs* Erici II. *Sohn (welcher Christum wieder verläugnete) verödet und ruiniret: Gleichwohl doch* A. 874. *von dem Gottseeligen und Christlichen König* Frothone IV. cognom. Haresnude (i. e. *Hasenmaul*) *des Königs* Canuti I. *Sohn und Nachfolger sehr schön wieder bergestellet und aufgerichtet bis sie* An. 920. *von dem gottlosen Dänischen König* Gormone III. *einem Heyden, grausamen Blut-Igel und Tyrannen bey der entsetzlichsten und erschröcklichsten Folter und Hinrichtung so vieler 1000. Christen allerhand Standes und beyderley Geschlechts von Grund aus geschleiffet und gäntzlich eingerissen wurde. Es hat aber* a. 928. *der Römische* Henricus Auceps *bey Eroberung der Stadt Schleswig unsere Kirche aus ihren* Ruin *wieder erhoben, und überaus herrlich wieder erbauen lassen, biß a. 1106. zuletzt die* Slaven *und Wenden* conjunctim *mit den Nord-Friesen bey der* totalen *Verwüstung der Stadt Schleswig und Einäscherung des angehängten Städtgens* Oldenburg *dieselbe jämmerlich verbrannt, verwüstet, verheeret, ja zum Steinhauffen gemacht und also vertilget worden. Dabero sie nach langen Jahren erst aus ihren* Ruderibus *von weme? ist nicht eigentlich bekandt, vermuthlich von der Catholischen Clerisey und durch deren Beyhülffe wieder hervor gesucht, und ohngefehr wie eine Capelle aufgerichtet, welche heute zu Tage von denen da umbher wohnenden Hausleuten und* St. Johannis *Kloster-Lansten jenseits der Schleye* frequentiret *wird. Die welche nach der* Reformation *hieselbst Prediger gewesen, finden sich in vorstehender Nachricht, bis auf den Kriegs-Probsten Hinrich Brummer, welcher* in anno 1724. *gestorben, deme gefolget* M. Andreas Murrey, An. 1725. mens. Mart.

a. 874. a. 920. a. 928. Status hodiernus.

VIII.
DIPLOMATARIVM COENOBII SLESVICENSIS S. JOHANNIS
AB AN. 1250. — 1566.
EX AVTOGRAPHIS COLLECTVM (*) A
M. HIERONYMO KVPFERSCHMIDT.

I. Abelis Danorum Slavorumque Regis privilegium coenobio St. Johannis prope Sleswigam datum de exemtione & libertate ejusdem, exceptis servitiis ad opus urbium & terræ defensionem.

1250. Abel DEI gratia Danorum Slavorumque Rex, Dux Jutiæ, omnibus hoc scriptum cernentibus in Domino salutem. Universa negotia præmunita litteris & viva voce testium ab utroque trahunt immobile firmamentum: ideoque universitati vestræ constare volumus evidenter, quod claustro sanctimonialium b. Joannis Sleswig omnes *villicos suos & colonos* (**) *ab expeditionis gravamine, impetitione exactoria coeterisque oneribus & solutionibus* juri Regio attinentibus dimisimus liberos & exemtos. Hanc eidem claustro specialem gratiam facientes, ut villici & coloni sui pro *forefactis suis & excessibus* (***) nulli respondere debeant, nisi provisori ejusdem: Volumus enim ipsos in nullo obligatos esse, præter quam ad *opus urbium & terræ defensionem*, de quibus servitiis *nulli penitus eximuntur*. Ut igitur præmissa rata & firma in posterum permaneant, præsentem paginam sigilli nostri appensione fecimus communiri. A.D. MCCL. Non. Martii.

II. Christophori Danorum Slavorumque Regis concessiones sanctimonialibus coenobii S. Johannis Slesvic. factæ.

1253 *Christophorus* DEI gratia Danorum Slavorumque Rex, omnibus præsens scriptum cernentibus in Domino salutem. Significamus vobis, quod nos in remedium animæ nostræ dilectas nobis in Christo sanctimoniales ecclesiæ beati Joannis Baptistæ *de Sleswig* una cum omnibus bonis & personis sibi attinentibus sub protectione nostra suscepimus speciali: specialiter dimittentes eis omnes *villicos suos* & *colonos* à gravamine expeditionis, impetitione exactoria & ab omni onere juris Regii liberos penitus & exemtos: ita quod super excessibus suis nemini nisi Procuratori earundem, qui eis pro tempore præfuerit, respondere aliquatenus teneantur. Inhibemus igitur sub obtentu gratiæ nostræ, ne quis dictas dominas super hac immunitatis gratia eis à nobis indulta præsumat aliquatenus molestare: quod, qui fecerit Regiam non effugiet ultionem. In cujus rei evidentiam præsentes eis contulimus literas sigilli nostri munimine roboratas. Dat. Nyburgh. Anno Domini MCCLIII. tertio Calend. April. regni nostri anno primo.

III. Erici Ducis Jutiæ privilegium ejusdem argumenti.

Ericus DEI gratia Dux Jutiæ. Omnibus hoc 1260. scriptum cernentibus in Domino salutem. Universa negotia, præmunita litteris & viva voce testium ab utroque trahunt immobile firmamentum. Ideoque universitati vestræ constare volumus evidenter, quod claustro sanctimonialium beati Joannis Schleswig omnes villicos suos & colonos ab expeditionis gravamine, impetitione exactoria ceterisque oneribus & solutionibus juri nostro attinentibus dimisimus liberos & exemtos. Hanc eidem claustro gratiam specialem facientes, ut villici & coloni sui pro forefactis suis & excessibus suis nulli respondere debeant, quam provisori ejusdem: volumus enim ipsos in

(*) Additur à Collectore: *ock uth der latienschen up unse Sæsische Sprake vertütschet.* Quarum versionum vernacularum specimina quædam subjecimus. Idem HIERON. CYPRÆUS præcipuas Civitatis Slesvicensis chartas collegit & germanice reddidit sub rubro: *Privilegia womit de Stad Sleswig van den Königen tho Dænem. Hertogen tho Jütland, Sleswig, Holsten und Grafen tho Holsten begnadiget syn.*

(**) *German. interpres: Lansten unde Hussslüde van Beschweringe der Auszuge, Fodrung der Schattunge und ander Last und Utgabe.* (***) *Interpres germ: Anklagen und Bröke.*

in nullo obligatos esse, præterquam ad opus urbium & terræ defensionem, de quibus servitiis nulli penitus eximuntur. Ut autem præmissa rata & firma in posterum permaneant, præsentem paginam sigilli nostri appensione fecimus communiri. Datum Schleswig. A. Domini MCCLX. in die ascensionis Domini.

IV. Privilegium Erici Ducis Jutiæ.

1264. Ericus, Dei gratia Dux Jutiæ, præsens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, nos claustrum sanctimonialium beati Johannis Sleewic, & ejus bona sub nostra protectione recepisse, dimittentes ei omnes villicos suos & colonos *ab omni gravamine* (*) *expeditionis* INNOE, *impetitione exactoria, coeterisque omnibus oneribus juris nostri*, præter *urbium ædificationem* & *terræ defensionem* liberos & exemptos, hanc etiam dicto claustro gratiam specialem facientes, ut ejus villici & coloni nulli exactorum nostrorum *super forefactis* (**) suis pro jure nostro quid respondeant, nisi ejus procuratori. Si quis vero dicto claustro aliquam injuriam fecerit, terras aut bona aliqua ei jure attinentia auferendo, seu modo quoquo contra justitiam occupando, hujusmodi injuriam reputabimus nobis factam, volentes eam procul dubio nostro *gladio vindicare*. (***) Ne igitur hanc libertatem sæpedicto claustro à nobis concessam quis nostræ jurisdictionis audeat infringere, illam nostri sigilli munimine duximus roborandam. Datum *Sleswik*, Anno Domini Millesimo, ducentesimo, sexagesimo quarto. Mense Martii.

(*) Interpres germ: *Heben ere Buren und Lansten frygelaten van aller Beschwerd der Uthreding und allen andern Uplagen.*

(**) Interpres: *Wegen Vorbreckinge.*

(***) *mit unsen Schwerdt wrecken.*

V. Collecten-Brieff, vor das abgebrante Closter St. Johannis.

1287. Allen *Erwürd, Düchtighen, Ersamen, vorsichtighen* und *beschedenen Kerkberen, Vögbeden, Ghudemannen, Borghermestern, Radmannen, Borghern, Bunden, Lansten*, und allen *framen Lüden*, ghestlick und werlick, dar desse Bresf vorkamende werd, Entbeden wy *Wybe* MEYNSTORPE, *Priöre* und gantze Convent *Sünte Johanns-Closters* uppe *deme Holme buten Sleswick*, unse innighe Beth alleweghe tovoren to Gode und don wytlik: Alse leyder unse Closter van Vüres weghen jammerliken vorbrand und verdorven is, bydde wy juw alle, und enen ifliken, dar desse unse Frowen, myd desseme unseme Breve tokommende werden, so wy früntlikest und othmodighest möghen, gy en tho desülven unses armen Closters Behof juwe Almissen van den Güdern, de juw God gegeven und vorlenet hefft, mildichliken mede delen und geven willen, na juwen Vermöghen und eghenen vrygen guden Willen, und se myd ghuden temeliken Worden und dem besten fürdern, alse en des magh to donde wesen, van Gode dat ewighe Lon und unse innighe Beth ewig tho Gode wedder tho entsanghende. Gheven tho *Sleswik* am Frydaghe vor Pinghesten, Anno ducentesimo LXXXVII. under *unses Conventes Signet* hyr nedden anghehenghet.

VI. Indulgentiæ Fratris Henrici, Episcopi Revaliensis.

Universis Christi fidelibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, *Frater Henricus*, miseratione divina *Revaliensis Episcopus* salutem in domino sempiternam. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in coelis, firmam spem fiduciamque tenentes, quum qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum itaque monasterium *sanctimonialium beati Johannis Baptistæ* in *Sleswic* fuerit nuper per incendium miserabiliter devastatum maximaque sit paupertate gravatum, universitatem vestram rogamus, monemus & exhortamur in domino, atque vobis in remissionem injungimus peccatorum, quatenus de bonis vobis à Deo collatis, dicto monasterio pias elemosinas & grata caritatis subsidia tribuatis, ut per vestrum auxilium idem monasterium reparari valeat ac ejus inopiæ consulatur. Nos vero de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus & confessis, qui præfato Monasterio manum porrexerint adjutricem, *quadraginta dies de injuncta* eis *poenitentia* misericorditer relaxamus, dummodo ad hoc *dyocesani Episcopi* consensus accedat. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum *Sleswik* Anno domini Millesimo, ducentesimo nonagesimo nono. VI. Kalendas Februarii. 1299.

VII. Indulgentiæ Caroli Præpositi Slesvicensis per Jutiam.

Universis bonis & justis in *Vithlandia* constitutis *Karulus* Præpositus *ecclesiæ Slesvicensis* salutem & sinceram in domino Karitatem. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum, oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus prævenire ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in coelis, firmam spem fiduciamque tenentes, quum qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus etiam metet vitam æternam. Cum igitur ad sustentationem Sanctimonialium Sancti Johannis Baptistæ in Holm Slesvicensis dyocesis proprie non suppetant facultates, universitatem vestram monemus & exhortamur in Domino, atque in remissionem vobis injungimus peccatorum quatenus de bonis vobis à Deo collatis pias elemosinas & grata eis subsidia caritatis exhibeatis ut per subventionem vestram earum inopiæ consulatur & vos per hæc & alia bona, quæ domino inspirante feceritis, ad æterna possitis gaudia pervenire. Datum anno domini M. CCC. nono, in die Sanctorum Prothasii & Feliciani martirum. 1309.

VIII. Henricus de Alverſtorpe miles donat Conventui St. Johannis Villam Dyauel (forte Jagel) *cum omnibus pertinentiis.*

1323. Univerſis, præſentia viſuris, ſeu audituris, *Heynricus de Alverſtorpe, miles*, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Tenore præſentium recognoſco, proteſtans publice, quod requiſitis omnibus & ſingulis, quorum intererat, & qui de jure fuerant requirendi, ex unanimi conſenſu & beneplacito omnium & ſingulorum *meorum verorum heredum*, bona voluntate, pie & liberaliter ob animarum meæ & conjugis meæ, nec non & progenitorum meorum ſalutem pure propter Deum religioſis in Chriſto perſonis, PRÆPOSITO, PRIORISSÆ, totique *conventui monaſterii Sanctimonialium in Sleſwich* contradidi, & donavi *villam meam, Dyauele dictam, in Jutia* ſitam, cum omnibus ſuis attinentiis, pratis, paſcuis, paludibus, lignis, ſilvis, rubetis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, exitibus, regreſſibus, viis, inviis, cum plena proprietate & libertate, cum *judiciis majore & minore*, & omnibus *intermedits* cum omni commodo & utilitate, quæ in præfata villa haberi vel nominari poteſt, cum terminorum diſtinctionibus, ſicut ipſa ab antiquis temporibus diſtincta eſt, nichilminus plane & univerſaliter cum omnibus juribus, libertatibus & conditionibus, quibus ipſam memoratam villam hactenus poſſedi & habui, perpetuis temporibus quiete & pacifice poſſidendam, promittens ſolempniter præſentibus, ſæpe dictis Præpoſito, Prioriſſæ aut Conventui ullo tempore vitæ meæ litem aut controverſiam aliqualiter inferre, aut inferenti conſentire. Sed ipſam villam à qualibet impetitione univerſitatis, ſive Principis plenius disbrigare. Ut autem hæc donatio mea robur perpetuæ firmitatis obtineat, præſentem paginam duxi mei ſigilli munimine roborari. Datum *in caſtro* PLONE, Anno domini M. CCC. XXIII. in Sabbato ante Palmas.

IX. Privilegium Joannis epiſcopi Sleſwicenſis.

1326. Omnibus præſens ſcriptum cernentibus *Johannes* miſeratione Divina *epiſcopus Sleſwicenſis* ſalutem in Domino ſempiternam. Ea quæ geruntur in tempore ne ſimul labantur cum tempore litterarum ſolent teſtimonio perennari. Hinc eſt quod conſtare volumus tam præſentibus quam futuris quod nos exhibitori præſenti domino *Henrico* ſacerdoti eccleſiam *beatæ Mariæ virginis in Kaleby* ad præſens vacantem per mortem domino *Ansgari* præſentis perſonæ ejusdem in quam nobis *merum jus* competit *patronatus* cum omnibus juribus, fructibus reditibus & obventionibus ſuis recte & canonice contulimus ac ipſum *per annulum noſtrum* (*) præſentialiter *inveſtivimus* de eadem. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum *Suaveſtath* Anno Domini 1326. in profeſto b. Agathæ Virginis.

(*) Interpres germ: *dorch unſen Ring und Petſchafft.*

X. Privilegium Gherardi, Comitis Holſatiæ, & Ducis Sleſvici (Henrici Ferrei patris) *privilegium exemtionis coenobio Sleſvic. conceſſum.*

1328. *Gherardus*, Dei gratia, *Dux Jutiæ*, *Comes Holtzaciæ & Stormariæ* TUTORQUE *magnifici Principis*, Domini *Waldemari*, Danorum, Slavorumque regis, Omnibus præſens ſcriptum cernentibus, ſalutem in Domino ſempiternam. Noverint univerſi, Nos Clauſtrum Sanctimonialium beati Johannis *in Sleſwich* & ejus bona omnia ſub noſtra pace & protectione ſpeciali recepiſſe, dimittentes eisdem omnes villicos ſuos & colonos ab omni gravamine expeditionis, impetitione exactoria INNOE, STUTH, *coeterisque ſolutionibus & omnibus oneribus juris noſtri* præter urbium ædificationem, terræ communem defenſionem liberos & exemptos, hanc etiam eidem clauſtro gratiam ſpecialem facientes, ut ejus villici, & coloni nulli exactorum noſtrorum ſuper forefactis ſuis pro jure noſtro quid reſpondeant, niſi ejus Procuratori. Si quis vero dicto clauſtro aliquam injuriam fecerit, terras aut bona aliqua ei de jure attinentia auferendo, ſeu modo quoquo contra juſtitiam occupando, hujusmodi injuriam reputabimus nobis factam, volentes eam procul dubio gladio noſtro vindicare. Ne igitur hanc libertatem ſæpedicto clauſtro à nobis conceſſam quis juredictionis noſtræ audeat infringere, illam ſigilli noſtri munimine duximus roborandam. Datum *in* CASTRO *Gottorpe* in præſentia noſtra, Anno Domini M. CCC. XXVIII. proxima & unica feria poſt feſtum Penthecoſtes.

XI. Indulgentiæ Johannis de Boockwolde Epiſcopi Sleſvicenſis ad eleemoſynas coenobio S. Johannis impetrandas ædificationum cauſa.

Univerſis præſentes literas inſpecturis, *Johannes* miſeratione divina *Epiſcopus Sleſvicenſis*, 1329.
ſalutem in domino ſempiternam. Quum, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum, oportet nos diem meſſionis extremæ operibus miſericordiæ prævenire ac æternorum intuitu ea ſeminare in terris, quæ reddente domino multiplicato fructu recolligere valeamus in coelis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam ſempiternam. Volentes igitur juxta officii noſtri debitum de *clauſura* monialium *in Sleſwich* noſtræ Dyoceſis ſollerter intendere, ut moniales ibidem ſic à publicis & mundanis conſpectibus ſeparatæ, omnino valeant ſervire Deo liberius, & laſciviendi oportunitate ſublata, eidem corda ſua & corpora in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire; ad quam quidem clauſuram de novo faciendam multa requiruntur ædificia ſumptuoſa, quæ absque noſtris & aliorum fidelium elemoſinis perduci non poſſunt feliciter ad effectum, unde univerſitatem veſtram rogamus attentius & in domino exhortamur, vobis nihilominus in remiſſionem peccatorum injungentes, quatenus de bonis vobis à Deo collatis ad opus tam pium tamque neceſſarium pias elemoſinas & grata caritatis ſubſidia conferatis, ut per hæc & alia bona, quæ domino inſpirante feceritis, poſſitis ad æternæ beatitudinis gaudia pervenire. Nos igitur de omnipotentis Dei miſericordia

dia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus & confessis, qui ad dictum opus manum porrexerint adjutricem, *XL dierum indulgentias* cum *una Karena* misericorditer in domino relaxamus, dummodo extra nostram dyocesin adhoc accesserit dyocesani voluntas & consensus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum *in* CASTRO *nostro* SWAVESTATH Anno Domini M. CCC. XXIX. tertia feria post dominicam, qua cantatur Oculi.

XII. Waldemari Ducis Jutiæ privilegium immunitatis & exemtionis coenobio S. Joh. datum.

1334. *Waldemarus* DEI gratia *Dux Jutiæ* omnibus præsens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, nos claustrum sanctimonialium beati Johannis in Schleswig & ejus bona omnia sub nostram pacem & protectionem specialem recepisse: dimittentes eis omnes villicos & colonos suos ab omni gravamine expeditionis, impetitione exactoria cæterisque solutionibus & oneribus omnibus juris nostri (præter urbium ædificationem terræque communem defensionem) liberos & exemtos. Hanc vero dicto claustro gratiam facientes specialem, ut ejus villici & coloni nulli exactorum nostrorum super fore factis suis pro jure nostro quid respondeant, nisi ejus procuratori. Si quis vero dicto claustro aliquam injuriam fecerit, terras aut bona eis de jure attinentia auferendo aut modo quoquo contra justitiam occupando: hujusmodi injuriam reputabimus nobis factam, volentes eam procul dubio gladio nostro vindicare. Ne igitur hanc libertatem sæpe dicto claustro à nobis concessam quis jurisdictionis nostræ audeat infringere, illam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum in *castro nostro Gottorp* in præsentia nostra Anno M. CCC. XXXIV. Tertia die Paschæ.

XIII. Waldemari Ducis Jutiæ confirmatio donationis Solterbeckemöle coenobio S. Johannis a patre ipsius factæ.

1334. Omnibus præsens scriptum cernentibus *Waldemarus* DEI gratia Dux Jutiæ salutem in Domino sempiternam. Cum dilectus noster pater Ericus piæ memoriæ quondam Dux Jutiæ ob salutem animæ suæ & parentum suorum conventui & monialibus *in Holm* quoddam molendinum, quod *Solterbeckemöle* dicitur, cum omnibus suis libertatibus assignavit dedit & dimisit, perpetuis temporibus possidendum: Nos igitur prædictæ salutis animarum participes esse desideramus, assignationem sive donationem dilecti patris nostri meliori modo, quo poterimus, confirmamus per præsentes: & nos de novo sæpedicto conventui & monialibus jam dictum molendinum cum omnibus suis libertatibus assignamus sive damus perpetualiter, ut superius expressum. Rogamus igitur universos & singulos, nihilominus nostris subditis districtius præcipientes, quatenus prædictum conventum & moniales in molendino sæpedicto contra gratiam à patre nostro & à nobis eis indultam nullatenus impediant vel molestent, sicut maximam indignationem volunt evitare. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum & actum A. D. 1334. in vigilia assumtionis B. Mariæ virginis gloriosæ.

XIV. Hellemberti Episcopi Slesvic. indulgentiæ eleemosynarum coenobio S. Johannis ad ædificia & ornamenta ejusdem conciliandarum causa.

Universis sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, *Hellembertus* Dei gratia *Episcopus Sleswicensis* salutem in domino sempiternam. Quoniam ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum, oportet etiam nos diem messionis extremæ, misericordiæ operibus (prævenire) ac æternorum intuitu ea seminare in terris, quæ reddente domino multiplicato fructu recolligere valeamus in coelis, firmam spem fiduciamque tenentes, quum, qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Volentes igitur juxta officii nostri debitum de clausura monialium *in Slesvic* nostræ dioecesis sollerter intendere, ut moniales sic publicis & mundanis conspectibus separatæ omnino valeant servire Deo liberius & lasciviendi oportunitate sublata eidem corda sua & corpora in omni sanctimonia diligentius custodire, ad quam quidem clausuram breviter incoeptam multa requiruntur ædificia sumptuosa, quæ absque Christi fidelium elemosinis perduci non possunt feliciter ad effectum. Unde universitatem vestram exortamur in domino, vobis nihilominus in remissionem vestrorum peccaminum injungentes, quatenus de bonis vobis à Deo collatis, ut ad opus tam pium tamque nessarium pias elemosinas & grata caritatis subsidia conferatis, ut per hæc & alia bona, quæ domino inspirante feceritis, possitis ad æternæ beatitudinis præmia pervenire. Nos igitur de omnipotentis dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus & confessis qui ad dictum opus, seu *ad libros*, *calices*, *luminaria* & alia quæcunque ornamenta ad cultum divinum ibidem necessaria, vel in testamentis vel extra, manum porrexerint adjutricem, vel qui eis pias elemosinas pro sustentatione arctæ vitæ suæ erogaverint, & qui cymiterium ibidem circuierint & pro fidelibus ibidem sepultis pie oraverint, quotiescunque & quandocunque præmissa seu præmissorum aliquid devote compleverint, de injuncta eis poenitentia *quadraginta dies* indulgentiarum misericorditer in domino relaxamus. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum *Slesvic* Anno Domini M. CCC. XXX. septimo in profesto Annunciationis sanctæ Mariæ. 1337.

XV. Henrici Episcopi Slesvic. indulgentiæ dedicationis templi celebrandæ & eleemosynarum causa.

Universis Christi fidelibus præsens scriptum cernentibus *Hinricus* Dei gratia, *Episcopus Sleswicensis* salutem & sinceram in Domino caritatem. Quoniam, ut ait Apostolus omnes stabimus ante tribunal 1347.

tribunal Christi, recepturi prout unusquisque in corpore gessit, sive bonum fuerit sive malum, & qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam, oportet nos diem extremæ messionis operibus misericordiæ prævenire, & ea seminare in terris, quæ multiplicato fructu recolligere in coelis valeamus. Cupientes igitur, ut monasterium Sanctimonialium *in Holm prope Sleswik* dignis frequentetur honoribus, & ut ipsæ moniales, quæ propter exiles earum redditus paupertatem & penuriam non modicam sustinentes, se vix sustentare poterint, piis juventur christianorum elemosinis, omnibus vere poenitentibus & confessis qui Ecclesiam dicti monasterii in *Festis Nativitatis, Circumcisionis, Epyphaniæ, Passionis* & *Ascensionis Christi, Sanctæ Trinitatis* ac *Corporis Christi*, in *Festis sanctæ Crucis* & omnibus *festivitatibus beatæ Virginis, Apostolorumque omnium*, ac festis *ipsorum Patronorum, omnium Sanctorum & dedicationis ipsius Ecclesiæ* visitaverint, & divinis officiis devote interfuerint, qui cymiterium ejus pro defunctis exorando circuerint, qui ad fabricam dictæ Ecclesiæ manus porrexerint adjutrices, seu qui luminaria, vestium ornamenta, vel aliqua subsidia, tam prædicto monasterio quam ipsis Sanctimonialibus donaverint, *quadraginta dierum indulgentias* & *unam Karenam* de injunctis sibi poenitentiis de omnipotentis Dei misericordia & auctoritate beatorum Petri & Pauli ejus Apostolorum confisi, misericorditer in Domino relaxamus, dummodo *dyocesani Episcopi extra nostram Dyocesin* ad id voluntas accesserit & consensus, ratificantes ac gratum habentes omnes & singulas indulgentias, quas coeteri Archiepiscopi & Episcopi nostris subditis dictarum Sanctimonialium benefactoribus duxerint concedendas. Datum *Swavestede* Anno Domini M. CCC. XL. septimo, feria sexta post octavas corporis Christi, nostro sub sigillo.

XVI. Nicolai Episcopi Slesvicensis, indulgentiæ eleemosynarum causa.

1357. *Nicolaus*, Dei gratia, *Episcopus Sleswicensis* dilectis sibi in Christo universis & singulis per dyocesin suam Sleswicensem constitutis, salutem in omnium salutari. Quoniam ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout unusquisque in corpore gessit, sive bonum fuerit, sive malum, oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus prævenire ac æternorum intuitu ea seminare in terris, quæ reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in coelis, firmam spem fiduciamque tenentes, quod qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam sempiternam. Cum igitur sanctimoniales monasterii beati Johannis *in Holm prope Sleswich* tum propter *Principum & dominorum terræ guerram diutinam*, tum propter *hominum ypedimian nuper abhorrendam* adeo pauperes sunt effectæ, quod de redditibus ipsi monasterio deputatis minime valeant sustentari. Quo circa universitatem vestram rogamus, monemus & in Domino exhortamur, quatenus de bonis vobis à Deo collatis dictis sanctimonialibus pias elemosinas & grata pietatis subsidia erogetis, ne propter defectum necessariorum in opprobrium religionis christianæ ad sæculum redire compellantur, ut per hæc & alia bona, quæ domino inspirante feceritis, ad æternæ beatitudinis possitis gaudia pervenire. Nos autem de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, & ea quam nobis dominus indulsit potestate confisi, omnibus vere poenitentibus & confessis qui prædictis sanctimonialibus manus porrexerint adjutrices, quadraginta dies indulgentiarum & unam Karenam de injuncta eis poenitentia in Domino misericorditer relaxamus. Vobis vero dominis sacerdotibus *Ecclesiarum & Capellarum rectoribus* in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus nuncios prædictarum sanctimonialium, cum ad vestras Ecclesias & capellas venerint, ipsos benigne & caritative recipiatis & pertractetis, inducentes vestros parochianos piis exhortationibus, ut eis porrigant subsidia caritatis. Volumus insuper, ut quacunque die dictas indulgentias in Ecclesiis vestris præfati nuncii publicare volunt, dictis parochianis vestris ipsam diem usque ad meridiem celebrem indicetis, monentes eos, ut ibidem conveniant unanimiter, divina officia & verbum Dei intenta aure audituri. Datum *Swavestede* Anno Domini Millesimo Trescentesimo Quinquagesimo septimo, in die beatæ Agathæ Virginis, nostro sub sigillo.

XVII. Eædem confirmatæ & de novo approbatæ.

Universis Christi fidelibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, *Nicholaus* divina miseratione, Episcopus Sleswicensis, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Si juxta sententiam sapientis inter tempus seminandi discernimus & metendi, seminare debemus in terris, quod cum multiplicato fructu recolligere valeamus in coelis. Et licet secundum hoc indigentibus omnibus aperire teneamur viscera Karitatis, illis tamen specialius & habundantius quodammodo liberalitates exhibere debeamus, qui spretis mundanis illecebris elegerunt domino famulari in habitu voluntariæ paupertatis. Hinc vobis omnibus & singulis declaramus præsentibus, publice protestantes, quod literis indulgentiarum Sanctimonialibus in Holm prope Sleswich à Venerabilibus in Christo dominis Episcopis Sleswicensibus, prædecessoribus nostris & à nobis concessis, singillatim per nos & per alias medias personas ydoneas inspectis & diligenter examinatis, indulgentias in ipsis contentas repperimus in universo, videlicet, quod omnibus vere poenitentibus & confessis, qui præfatis sanctimonialibus manus porrexerint adjutrices pro ipsarum paupertatis inopia relevanda, cum per se proch dolor non habeant, unde vivant, *Septingentæ octoginta dies*, quatuor Karenæ, tertia pars venialium & oblitorum, offensio parentum præter injectionem manuum violentam, misericorditer in Domino relaxantur. 1358.

Quas

Quas quidem indulgentias de novo approbamus, ratificamus & præsentibus confirmamus, rogantes & hortantes in domino vos omnes & singulos, clericos & laycos in remissionem peccaminum vobis injungentes, quatenus de bonis à Deo vobis collatis, pias ad hoc elemosinas, & pia eis, seu earum nuncio, cum ad vos venerit, Karitatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram earum inopiæ consulatur. Et vos per hæc & alia pietatis opera ad æterna possitis gaudia feliciter pervenire. Datum *Swavestede* nostro sub sigillo, Anno Domini M. CCC. quinquagesimo octavo, ipso die beati Mathæi Apostoli & Evangelistæ.

XVIII. Luderus Storm quosdam fundos ecclesiæ Kallebuy oppignorat.

1360. Omnibus præsens scriptum cernentibus *Luderus Storm* ac filius suus *Elerus* salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos in solidum *capellæ beatæ virginis in Kalebuy* ratione benedictionis mutuæ *in viginti libris Sterlingorum* & quinque solidis Lubecensibus per nos in promta pecunia levatos teneri, & esse veraciter obligatos pro quibus dictæ capellæ duodecim marcas auri *in campo Schalebuy nec non curia Calbuy*, *Feremerde* dictam ac fundos nostros dictam capellam circumjacentes, cum omnibus suis juribus, pertinentiis & pensionibus nec non obventionibus universis in placito *Struxstorph* libere inpignoravimus & inpignoramus per præsentes *in proxima die* PLACITI in festum nostrum quocunque anno poterimus, cum promta pecunia redimendi, hoc adjecto quod quicquid de dictis terris & earum pertinentiis evenit in usus dictæ capellæ cedat & de summa principali nobis minime computetur. Ita ut quod *tutores ipsius capellæ* pro hujusmodi eventionibus unam missam omni anno quisque dictæ terræ redimantur, pro parentum nostrorum animabus faciant celebrari. Et ego *Hartwicus Schinckel* morans *in Hesel* tanquam compromissor hujus bona fide promitto irrevocabiliter observari. Datum nostris sub sigillis Anno Domini 1360. secunda in vigilia omnium sanctorum.

XIX. Nicolaus Episcopus Sleswicensis Ottoni Johanni presbytero confirmat capellam Calebuy.

1360. Omnibus præsens scriptum cernentibus *Nicolaus* DEI & Apostolicæ sedis gratia *Episcopus Sleswicensis* salutem in Domino sempiternam. Noveritis, quod ad nos veniens *dilectus Capellanus* noster dominus *Otto Johannes presbyter* ac timens nostram indignationem pro quadam summa pecunia, in qua *cameræ curiæ domini Papæ* obligationis tempore collationis & provisionis capellæ *beatæ Mariæ virginis in Kalebuy* nostræ dioecesis, in qua nobis merum jus competit patronatus, sibi per nos factæ, videlicet sub anno Domini 1357. die beati Dionysii sociorumque ejus teneri vinculo dictam capellam in manibus nostris pure & simpliciter *resignavit* petiitque de novo, cum nobiscum fuit per sedem Apostolicam jam dispensatum sibi per nos de præfata capella provideri. Nos igitur precibus suis dictam *capellam Calbuy* cum suis juribus, fructibus, reditibus & pertinentiis universis præfato Domino Ottoni pro nunc de novo conferimus, sibique de ea rite & canonice providemus *investientes* ipsum per *annuli nostri traditionem* præsentialiter de eadem. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum & actum *Sleswig*. A. D. 1360. Sabbatho quatuor temporum quo cantatur: Venite, adoremus.

XX. Lud. Storm mansum quendam in Schalebuy eidem ecclesiæ oppignorat.

Omnibus præsens scriptum cernentibus *Luderus* dictus *Storm* suique veri hæredes salutem in Domino sempiternam. Tenore præsentis recognosco ego *Luderus Storm* prædictus, me meosque veros *hæredes capellæ beatæ virginis in Kalby* in quindecim marcis Lubecensibus in promta & innovata pecunia levatos ratione justi & veri mutui teneri & esse veraciter obligatos. Pro quibus XV. marcis ego Luderus nomine meo meorumque hæredum dictæ capellæ *Kaleby* unum mansum in *Schaleby* valentem in singulis annis in certis reditibus sex magnos modios siliginis, in quo pro nunc residet *Ostradus Jebseln* cum omni proprietate & jure impignoro per præsentes. Ita quod dictos sex modios siliginis inde ratione pensionis singulis annis proveniente ex bono & libero animo *ad fabricam dictæ capellæ* pro anima mea meorumque progenitorum lego & dono, modo quo fieri poterit meliori, de sorte tamen principali minime delegandos: Insuper, si ipsa capella in dictis sex modiis siliginis singulis annis dandis defectum habuerit, ex tunc ille defectus mihi & meis hæredibus ad summam principalem videlicet XV. marcas prædictas computetur, & dictus mansus redimatur vel à possessione præfatæ capellæ liberetur, donec hujusmodi defectus cum sorte principali pariter & penitus exsolvatur. Datum *Kalby* anno Domini 1361. Sabbatho post festum Michaëlis: meo meique filii sub sigillis. 1361.

XXI. Henrici Episcopi Slesvic. indulgentiæ eleemosynarum ad reficiendam ædem coenobii erogandarum causa.

Universis Christi fidelibus, præsentes literas inspecturis, *Hinricus*, Dei & Apostolicæ sedis gratia, *Episcopus Ecclesiæ Sleswicensis*, salutem in eo, qui omnibus dat salutem. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi unusquisque, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum. Oportet igitur nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ea seminare in terris, quæ reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in coelis, firmam spem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum igitur Ecclesia *beatorum Johannis Baptistæ & Evangelistæ* claustri monialium in insula prope *Sleswich* nostræ dyocesis nuper ex quadam tempestate & vento turbinis grave receperit dampnum & notabilem passa est ruinam, ita videlicet, quod tertia pars totius tecti ejusdem 1372.

Ecclesiæ, in trabibus, tignis & tegulis & lapidibus dissoluta, ad terram funditus est dejecta, sic quod dictæ moniales in ipsa Ecclesia propter tecti carentiam divinum officium maxime pluviali tempore, non possint perficere seu adimplere. Et quod prædictum claustrum & ipsæ moniales propter *continuas & innumeras terrarum guerras*, hominum mortalitates & *aquarum inundationes* ad tantam devenerit inopiam, quod de bonis propriis non possit aliquatenus reparari, nisi bonorum hominum piis fuerit coadjuta elemosinis, & ut timemus, nostris temporibus majorem minabitur ruinam, nisi fidelium subventionibus relevetur. Universitatem igitur vestram in Domino Jhesu Christo, rogamus, monemus & pie exhortamur, vobisque in remissionem vestrorum peccaminum injungimus, quatenus de bonis vobis à Deo concessis pias elemosinas & grata caritatis subsidia dictæ Ecclesiæ monialium erogetis, ut per subventionem vestram dicta Ecclesia valeat integre reparari. Et vos per hæc & alia bona, quæ domino inspirante feceritis, possitis ad æternæ felicitatis gaudia salubriter pervenire. Nos vero de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Apostolorum ejus Petri & Pauli auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus & confessis, quæ memoratæ Ecclesiæ monialium manum porrexerint adjutricem, vel saltem, qui ad dictam Ecclesiam tam *devotionis* vel *peregrinationis* accesserint, vel qui ibidem divinum officium, seu verbum *exhortationis* audierint in festivitatibus infra scriptis, videlicet *nativitatis domini*, *resurrexionis domini*, *ascensionis domini*, *Pentecostes* & in *quatuor festivitatibus beatæ Mariæ virginis gloriosæ*, nec non *in festis beatorum Johannis Baptistæ & Evangelistæ* ac *dedicationis dictæ Ecclesiæ monialium*, vel qui ad sustentationem *luminarium*, *vestimentorum*, *librorum*, *campanarum*, *calicum* & aliorum dictæ Ecclesiæ ornamentorum necessariorum aliquid porrexerint, seu qui *in extremis laborantes* quicquam facultatum suarum LEGAVERINT, *dederint seu assignaverint* vel qui ad faciendum hoc alios fideliter excitaverint & qui pro salubri nostra, ecclesiæ nostræ & dyoceseos statu Deum exoraverint. Insuper & qui pro animabus omnium fidelium defunctorum ibidem requiescentium *orationem dominicam*, cum *salutatione angelica* quotienscunque & quandocunque pia mente dixerint, pro quacunque vice cuilibet illorum singillatim *quadraginta* dies de injunctis sibi poenitentiis in domino misericorditer relaxamus. In cujus testificationem sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum Anno Domini M. CCC. septuagesimo secundo, dominica mediæ quadragesimæ.

XXII. Johannes episc. Slesvic. testimonium de pignore quodam Joanni Hagendorn dato in Villa Ramstede.

Universis præsentes litteras visuris *Johannes*
1378. DEI & Apostolicæ sedis gratia *episcopus ecclesiæ Slesvicensis* præsentibus recognoscimus lucide protestando, quod Divina nobis suadente justitia prius recompensa ducentarum marcarum Lubecensium denariorum, pro quibus incliti principes Domini *Henricus* & *Nicolaus comites Holsatiæ & Stormariæ* nobis ex parte discreti viri domini *Joannis Hagedorn* curatoris *in Oblstede & perpetui vicarii in ecclesia Svavestede*, in quibus ipsi eidem domino Joanni Hagedorn ex justo debito fuerant obligati, *dimidiam villam* (*) *Ramstede* cum omnni jure & proprietate inpignoraverat, de consensu ejusdem Domini Johannis decem marcarum reditibus de pecuniis, quæ veniunt *de Holt - Pennighen* & *Wagen-Penningen* in *vico Svavestede* (**), cujusdam vicariæ pauperculæ in ecclesia *Svavestede* prædicta fundatæ & perpetuatæ annectimus, unimus perpetuo & incorporamus inviolabiliter permansuros, quos quidem *decem marcarum reditus* ipse dominus Joannes Hagedorn & successor ejus, qui pro tempore fuerit, expedite & libere debeat sublevare. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo nostri dilecti capituli Slesvicensis prædicti præsentibus est appensum. Datum *Svavestede* An. Domini 1378. in crastino annunciationis beatæ Mariæ virginis.

(*) Interpres germ: *Der halve Meyerhoff.*

(**) *Im Stædlein Svavstedt.*

XXIII. Magni Lundensis Archiepiscopi indulgentiæ ad visitandam ecclesiam coenobii S. Joh. & eidem eleemosinas conferendas.

Universis Christi fidelibus præsentes literas 1385.
inspecturis, *Magnus* divina providentia, *Lundensis Archiepiscopus*, *Sveciæ Primas*, *& Apostolicæ Sedis Legatus*, salutem & genuinam in domino caritatem. Quum & Deo gratum obsequium impendere credimus, tum fideles ad opera pietatis excitamus, Et ut Ecclesia beati Johannis *in Hollym prope Slesvigh* dignis & debitis reverentia & honore veneretur, omnibus vere poenitentibus & confessis, qui dictam Ecclesiam tam *devotionis*, *peregrinationis* vel *communionis devote* visitaverint & pro defunctis ibidem exoraverint & ad dictam Ecclesiam pro suis ædificiis, ornamentis, *luminaribus*, *redituum augmentationibus sanctimonialium ibidem degentium*, manus extenderint adjutrices, & eisdem in aliquo subvenerint, seu qui missas & alia divina ibidem audierint & qui finita missa, cum cantatur, *Salve Regina*, pro pace, nostro, nostræ totiusque ECCLESIÆ DACIANÆ STATU Deum exoraverint, vel qui Cemiterium ibidem pro defunctis exorando circumierint, seu qui *corpus dominicum* vel *sacrum oleum*, dum infirmis portantur & reportantur, secuti fuerint, vel in vesperis *ad pulsum campanæ* terna vice Anglicam salutationem flexis genibus dixerint, seu qui pro felici & prospero statu *Domini nostri* REGIS OLAVI, seu NOBILIUM *principum Dominorum* HINRICI & NICHOLAI *fratrum*, *Holzaciæ & Stormariæ Comitum*, ac NICHTARUM DOMINARUM *suarum*, *suorumque filiorum dilectorum* Deum postulaverint, totiens quotiens præmissa, seu aliquod præmissorum pia intentione fecerint, de Dei Patris omnipotentis & beatæ Mariæ Virginis & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi,

confisi, quadraginta dies indulgentiarum de injunctis sibi poenitentiis misericorditer in domino relaxamus. Datum *Lundis* Anno Domini M. CCC. LXXX. tertio, die Nativitatis beatæ Mariæ Virginis, nostro sub sigillo.

XXIV. Nicolaus heres Jutiæ, Comes Holsatiæ jus patronatus in ecclesiam Kallebuy sanctimonialibus coenobii S. Johannis confert.

1385. Nos *Nicolaus* DEI gratia verus hæres Ducatus Jutiæ comes Holsatiæ & Stormariæ recognoscimus publice in his scriptis pro nobis & nostris veris hæredibus seu successoribus quod libere, scienter, sponte & voluntarie, non per errorem inducti, sed de maturo & deliberato consilio cum *magnifico domicello* GERARDO *comite Holsatiæ & Stormariæ, patruele nostro*, nec non *aliis consiliariis nostris* JURATIS *ad hunc salutiferum finem*, quod *pauperculum monasterium sanctimonialium in Holm* prope civitatem Sleswicensem propter defectum necessariorum vitæ in spiritualibus, proh dolor! multum collapsum reformetur & monastica disciplina reguletur, pro ejusdem monasterii sustentatione eidem monasterio pro salute animarum omnium progenitorum nostrorum nec non pro anima bonæ memoriæ magnifici domini Hinrici comitis Holsatiæ fratris nostri & omnium hæredum nostrorum *Jus patronatus capellæ beatæ Mariæ virginis in Kalebuy* per reverendum in Christo patrem dominum JOANNEM *episcopum Sleswicensem* in nos vigore cujusdam *permutationis* pro jure patronatus in *Bloeacker* translatum tenore præsentium in præfatum monasterium de consensu ejusdem domini episcopi transferimus pleno jure. Datum *Novo Castro* sub anno Domini 1385. sequenti die.

XXV. Johannis episcopi Sleswicensis super eadem re testimonium.

1385. Universis præsentes litteras inspecturis seu audituris *Joannes* DEI & Apostolicæ sedis gratia episcopus Sleswicensis salutem in omnium Salvatore. Notum facimus universis tam præsentibus quam futuris quod nos sanctimonialium monasterii *in Holm* prope civitatem Sleswicensem Deo ibidem servientium inopiæ pii Patris more compatientes capellam *beatæ Mariæ* virginis in *Kaleby* cujus ecclesiæ patronatus, quod si in eadem *ratione permutationis* juris patronatus nobiscum de ecclesia *Bloacker* factæ, competebat, inclytus princeps & dominus dominus *Nicolaus* DEI gratia comes Holsatiæ & Stormariæ in ipsas de consensu illustris domicelli *Gerhardi* patruelis sui dudum transtulit, prout in apertis litteris suis super hoc confectis lucidius continetur, ipsis sanctimonialibus pro communi mensa earum de consensu dilecti capituli nostri, cum omnibus fructibus, juribus, reditibus, proventibus, obventionibus, oblationibus ac pertinentiis suis universis, contulimus & conferimus, incorporavimus & incorporamus ac perpetuis temporibus annumeramus & annectimus per præsentes, *nostro Cathedratico*, interdictionibus ac provocationibus domini *Archidiaconi* nobis & ipsi reservatis. In cujus rei testimonium & majorem evidentiam præmissorum sigillum nostrum una cum sigillo capituli nostri prædicti præsentibus est appensum. Datum *Schleswig* Anno Domini 1385. in profesto sanctarum undecim millium virginum.

XXVI. Torstani Nicolai Notarii instrumentum publicum de capella Calleby coenobio S. Johannis collata ab Ottone Joanne canonico ibidem pastore.

In nomine Domini Amen. Anno à nativitate ejus 1388. indictione vicesima tertia die mensis Januarii hora sexta, aut quasi, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Urbani Divina providentia *Papæ VI. anno decimo*, in mei Notarii publici & testium infrascriptorum præsentia personaliter constitutus honestus vir dominus *Otto Johannes* canonicus Sleswici, *pastor parochialis capellæ* in *Calebuy*, Sleswici dioecesis, non vi coactus nec dolo circumventus, sed libere, pure, sponte & simpliciter matura deliberatione præhabita dictam suam capellam beatæ Mariæ in *Kalebuy* cum omnibus & singulis suis juribus, fructibus, reditibus, decimis, oblationibus ac emolumentis universis, meliori in forma & jure, quibus potuit, *ad manus & in manibus Reverendi Patris & domini, domini Joannis episcopi Sleswicensis*, pro communibus usibus & utilitatibus *Priorissæ, sanctimonialium & monasterii sancti Joannis in Holm prope Sleswig* & ad communem mensam earundem resignavit; transferens in easdem Priorissam & sanctimoniales ac dictum monasterium omne jus & proprietatem quod & quæ eidem Ottoni in dicta capella cuilibet competebat. Quibus sic perpetratis & peractis discretus vir dominus *Joannes Radike* præpositus prædicti monasterii prædictum reverendum patrem dominum episcopum suumque dilectum capitulum & me Notarium requisivit, ut præsens instrumentum & resignationem una mecum authenticarent, & suis sigillis sigillarent. Acta sunt hæc *in summo choro ecclesiæ Sleswicensis*, anno, die, mense, indictione hora & pontificatu, quibus supra, & in præsentia dicti reverendi patris & domini *episcopi* DETLEVI BOCKWOLDT, *Præpositi* BOETII, *Pauli* cantoris, *Canonicorum* & *Capituli* ac *majoris partis Cleri dioecesis Sleswicensis*, ibidem congregatorum, resiquisitorum & rogatorum in testimonium præmissorum. Et ego *Thorstanus Nicolai* dictus Sleswicensis dioecesis publicus imperiali autoritate Notarius prædictæ Capellæ *resignationi*, juris & proprietatis *translationi* dicti reverendi patris episcopi & sui Capituli *sigillationi* ac omnibus aliis & singulis præmissis, quæ, dum sic fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus præsens interfui eaque sic fieri vidi & audivi & in hanc publicam formam redegi, signoque meo & nomine solitis & consuetis signavi requisitus & rogatus in testimonium præmissorum. Præterea duas donationes intra primam & secundam lineam & præsentia inter secundam & tertiam lineam non ex vitio & errore positas approbo & affirmo. 1388.

XXVII. Frauw Beke Schinckels vermacht dem Closter St. Johannis zehn Marck jährlicher Rente zu einer ewigen Vicarie.

1402. Wy, *Grete Schinckels, Priorisse, Hille Ryken, Heyne Wokendorp, Marine Kotelberch, Tale Storm, Kerstine Duvenvlet, Lene Ryken und dat gantze Convent des Closters Sünte Johannis uppe deme Holme vor Sleßwich*, bekennen und don witlick vor uns und unsen Nakomelinghen, vor alle den ghennen, de nu zynt, und noch thokomen möghen, dat vor (Frauw) *Beken Schinckels*, de *Johann Schinckels Wiff* was, hefft uns vullenkomen nöghe ghemaket, und uns ghedan an reden Lubeschen telleden penninghen, de in unses Klosters und unsen nütten und Behoff gekomen syn, vor *ene ewighe Vicarie* van teyn marck gheldes in unseme Klostere to ewighen tyden, Presteren na Presteren to holden, de vor eres Mannes Johan Schinckels, syner Kinder und erer Zele (bidden) und de Vicarie schal Her *Clawes van Anevelde, Ridder*, nu to dem ersten male enem prester umme godes willen vorlenen, und den prestere, dem Her Clawes vorbenombt de vorschrevene Vicarie vorlenet, deme schole wy und willen jewelckes Jares, dewile he levet, gheven in unseme Kloster teyn mark penninghe, alze *in dem Hertichbrike to Sleswich ghenghe und gheve zynd*, alle Jare uppe sünte Martens dach, uthe unseme besten beseeten gude, dat wy hebben, sunder Hülperede gheftliker edder werliker, de uns und unsen Nakomelinghen moghen to vromen komen, und dem prestere to schaden; Und wan de prester affgheyt van dodes weghen, dem Her Nicolaus de vorbenömede Vicarie *vorbelenet hefft*, zo schall *de* LENWAR und SCHIKKINGHE der Vicarie *vryg und unbeworen* by unseme Klostere bliven to ewighen tyden. Des to tüghe so hebbe wy *unses Conventes Inghesegbel* myd Willen ghehenghet an dessen Breff, de gheven is na godes Bord, dusent Jar, veerhundert Jar, darna in deme anderen Jare, in deme daghe der hilghen Juncvrowen sünte Agneten.

XXVIII. Christierni I. Regis Dan. donatio juris patronatus Ecclesiæ Haddebuy. 1461.

1461. *Wy* Christiern *van Gades Gnaden tho Dannemarcken, Schweden, Norwegen, der Wenden und Gothen Koning, Hertog to Schleswig, Greve to Holsten Stormaren Oldenborch und Delmenhorst, dhon wittlick als weme, daß Wy Gode allmächtig, siner leven Moder Jungfrowen Marien, allen Gadesheiligen tho Dancknahmigkeid, Love und Ehren Unseme leven Ohme seeliger Dechtnüsse* Herrn Alffve, *wandages Hertogen to Schleswig &c. alle siner und Unser Vorolderen Zeelen to Troste, Barmhertigkeit unde Vorlösinge vorddeelofftig to wesende alles Loves unde Bede tho Gode, de de schehen Nacht und Dach, in Missen und andern Lovesange vor Levendigen und Doden an der* Dohmkerken Schleswig, *nademe Wy wahrhafftigen vornomen hebben, dat Unse leven getruwen* Proveste, Capittel *und* andere Prester *dersülven Kerken sunderge Bede in Missen und anders dachlikes vor Uns, Unse ehelicken leven Husfrowen und Unse Erven dhon, und vord an settet hebben in allen thokomenden Jahren in allen* veer Vrydagen *der veer* quater temporen *Unsen vorbenömeden leven Ohm* Alfve *sine und Unse Voroldere hochliken und Vigilien und Seelemissen tho begande na mönlicker erer Kerken Wise: So hebben Wy wohlbedachtes Modes und vryen Willen und Vullbord* Unser leven getruwen Räden *gegund und thogelaten: Gunnen und tholaten jegenwardich myt dessem Unseme apenen Breve, dat* de Kerspelkerck HADDEBUY des Stichtes Schleswig, *dar Wy und Unse Vorfahren Hertogen to Sleswig de* LEENWARE *und* ANTWARDINGE des Kerckherren *tho gad hebben, werde voreniget mit den gemenen jahrlicken Renten dessülven* Provestes unde Capitels tho Schleswig; *unde uppe dat se vaste vollkomener Gode siner leven Moder Marien dehnen und de vorsereven Begenckniße holden mögen. So hebben Wy vor Uns, Unse Erven und Nakomelinge gund und overgeven, gunnen und overgeven und rechtliken to ewigen Tyden* voregenen *und* vorlaten *en und eren Nakomelingen vakenomede* Leenware und Antwardinge des Kerckheren *to dersülven Kerken in Krafft desses Unses Breves. Und des tho furderer Tügenusse hebben Wy Unse Königliches Secret an dessen Unsen Brev heten hengen, de geven ys up* Unsem Slote Gottorp *am Dingesdage na Lucien der hilligen Jungfrawen Dage. Na Christi Unses HErrn Bord Veerteinhundert in deme ein sostigesten Jahre.*

XXIX. Christianus I. R. Dan. privilegia coenobio S. Johannis quondam data confirmat.

Wy *Cristiernn* van godes gnaden, to denn- 1461.
marcken, Sweden, Norwegen, der wende und gotten Koningh, Hertoge to Slesswick, Greve to Holsten, Stormarn, Oldenborgh unde Delmenhorst, don witlick unde apenbare vor alswem, dat wy gode und der Juncfrowen Marien, siner leben moder to lobe, unde ock uppe dat de Priorisse unde gantze Convent des Juncfrowen Closters to Sünte Johanse in unnser Stad Slesswück belegen, gode dem allmechtigen destofftiger vor unse selige vorfaren, unnse, unser leven huffrowen und Kinderen salicheid und Wolfart bidden, alle vryheide, rechticheide und privilegia enen und erem vorgenömeden Closter vormiddelst unnsen seligen vorfaren, Königen to dennemarcken unde Hertogen to Slesswick, gnedichliken gegünnet unde gegeven, samptliken unde alle gnedichliken befestiget, bestediget unde geconfirmeret hebben, befesten, bestedigen und confirmeren de alle samptlick und besundergen, in alle erer Krafft vollmechtigh unde ungekrencket tho blivende, glyker Wyse, effte de alle samptlick unde besunder in dessem unsem Breve mede begrepen unde uthgedrücket weren, Hebben ock fürder de ergenömte Priorissen, Convent und Closter, und allen eren Lansten deneren unde güderen droghe unde nath, wo de genomet unde geheten sind, in unsem Konigliken vrede Beschermingе vorbiddet unde vordegedinget, angenamet unde entfangen, annamen unde entfangen se alle also in Crafft desses unses Breves, vorbedende ernsthafftigen

haſtigen allen unſen amptmannen, vogeden, Borgermeſteren unde underſaten, unde allen den jennen, de umb unſen willen don und laten ſchölen und willen, de erbenömede Prioriſſen, Convent und ere deneren boven deſſe unſe gnade to hinderende edder hinderen laten, edder in jeniger mathe unvorrechten under unſen Konigliken hulden und Ungnade. Unde tho groter Witlicheid hebben wy unſe Koniglike Secret witliken laten hengen vor deſſen Breff, de gegeven und geſchreven is, *uppe unſem Slote Gottorpp*, am negeſten mandage na Sünte Peters dage ad cathedram, na gades Bort, verteynhundert, darna in deme Eyn unde Söſtigeſten Jare

ad relationem *Conradi*,
Archidiaconi Sleſvicenſis.

XXX. Supplica Sanctimonialium beati Johannis prope Sleſwich ad Nicolaum Epiſcopum Sleſvic. pro confirmatione Vicariæ Altaris Stæ Annæ Domino Hermanno Sledorne Presbytero collatæ.

1464. Reverendo in Chriſto Patri & domino, domino *Nicolao*, dei & apoſtolicæ ſedis gratia, *Epiſcopo Sleſwicenſi*, Nos *Syle Esberns*, *Prioriſſa*, totusque Conventus Monaſterii monialium *in Holm*, EXTRA PORTAS *civitatis Sleſwicenſis*, orationes in Chriſto devotas. Ad perpetuam Vicariam Altaris *ſanctæ Annæ* in dicto Monaſterio noſtro, ad præſens per mortem quondam domini *Michaëlis Wolterke*, ultimi poſſeſſoris ejusdem vacantem (cujus ſiquidem Vicariæ præſentatio ſive jus præſentandi totiens quotiens eam vacare contigerit, ad nos & poſteras noſtras pleno jure dinoſcitur pertinere) diſcretum virum, Dominum *Hermannum Sledorne* presbiterum, tanquam abilem & ydoneum, Paternitati veſtræ reverendæ in hiis patentibus literis noſtris duximus præſentandum, & præſentamus eidem Paternitati veſtræ, pro & cum eo humiliter ſupplicantes, quatenus Dei omnipotentis, precumque noſtrarum intuitu eundem Dominum Hermannum ad dictam Vicariam inſtituere, & ſibi de eadem providere dignemini, facientes etiam eidem de omnibus & ſingulis fructibus, redditibus, proventibus & emolumentis univerſis vicariæ ejusdem ab omnibus, quorum intereſt, integraliter reſponderi, proinde ab omni bonorum remuneratore præmium recepturi. Datum *in Monaſterio noſtro*, Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo, ſexageſimo quarto, in Vigilia beati Andreæ Apoſtoli, Conventus noſtri ſub ſigillo, præſentibus appenſo.

XXXI. Supplica ad Detlevum Epiſcopum Sleſvic. pro confirmanda Vicaria St. Andreæ & Nicolai, Johanni Finingk Presbitero collata.

1503. Reverendo in Chriſto Patri ac Domini, dominO DETLEVO, *Epiſcopo Sleſwicenſi*, Nos *Margareta Smalſtede*, *Prioriſſa*, totusque Conventus, monaſterii monialium in Holm, extra portas civitatis Sleſwicenſis, Orationes in Chriſto devotas. Ad perpetuam elemoſinam ſive vicariam Altaris ſancti *Andreæ Apoſtoli*, nec non *Nicolai confeſſoris* in dicto Monaſterio noſtro, ad præſens per mortem quondam domini *Johannis Boſſen*, Canonici Sleſwicenſis, ultimi & veri poſſeſſoris ejusdem vacantem, (cujus ſiquidem elemoſinæ ſive vicariæ præſentatio, ſive jus præſentandi totiens quotiens eam vacare contigerit, ad nos & poſteras noſtras pleno jure dinoſcitur pertinere) diſcretum Dominum *Johannem Finingk*, Presbiterum, tanquam abilem & idoneum Paternitati veſtræ reverendæ in hiis patentibus literis noſtris duximus præſentandum & præſentamus eidem paternitati veſtræ, pro & cum eo humiliter ſupplicantes, quatenus Dei omnipotentis & precum noſtrarum intuitu eundem Dominum Johannem ad dictam elemoſinam ſive vicariam inſtituere & ſibi de eadem provideri dignemini, facientes etiam eidem de omnibus & ſingulis fructibus, redditibus, proventibus & emolumentis univerſis ejusdem elemoſinæ ſive vicariæ ab omnibus, quibus intereſt, integraliter reſponderi, proinde ab omnium remuneratore bonorum præmium recepturi. Datum *in refectorio noſtro*, Anno Domini Milleſimo, quingenteſimo tertio, ipſo die beati Johannis Bapt. Conventus noſtri ſub ſigillo præſentibus appenſo.

XXXII. Friderici II. R. Dan. confirmatio privilegiorum coenobii S. Johannis Sleſvic.

Wir Friederich der andere *von Gottes Gnaden zu Dannemarcken Norwegen, der Wenden und Gothen König, Hertzog zu Schleſwig Holſtein &c. Doen biemide vor Uns und Unſen Erven und Nakomelingen und ſonſt vor jedermänniglichen openbar, kund und bekennende, dat Wy den Werdigen Erbaren leven andächtigen Priorin und gantzer Verſammlung Unſes Cloſters* St. Johannis *in der Stadt Schleſwig und eren Nakomelingen uth beſonderer gnädiger Thoneigunge, ſo Wy tho enen und tho dem Cloſter tragen, alle ere und des Cloſters Privilegia, Frybeiten, Begnadungen, Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten Olde und Nie, ſo ſe van Unſen Vorfahren löblicher und milder Gedächtnüſſe immer gehadt und noch hebben, in alle eren* puncten, clauſulen, *Stücken und* Articulen, *gelick effte de alle ſæmmtlich und jedere by ſy ſunderlicken von Worten tho Worten, alſe de hierinne vorlivet, inſeriret und uthgedrucket ſtunden, nichts darvon buten beſcheiden, ſondern allenthalven vollenkamen gantzlicken und mit allem* conſentiret, *befeſtiget und beſtätiget, confirmiret, approbiret, ratificiret und bekräfftiget hebben. Conſenteren, approbiren, befeſtigen, bekräfftigen und ratificiren enen alles ſolches, wo haven benömet, von Königl. und Fürſtlicher-Vollenkommenheit wircklich hiermede und in Krafft und Macht deſſes Unſeren openen Breves. Doch darmede* die Chriſtliche-Karken-Ordnung, *ſo Unſere gelevede Herr Vater Chriſtlicher und milder Gedächtnüſſe*, mit Rade und Bewilligung der Biſchop, Prælaten, Ritterſchop, Adel und Unterthanen *dieſer Unſer Fürſtendohme Schleſwig-Holſtein upgerichtet, ungekränket und derſülven nicht tho entlegen; Setten, ordnen, und befehlen darup ernſtlich und willen, dat gemeldte Priorinnen gantzer Verſammlung und dem Cloſter ere hebbende privilegia, Begnadungen, Herrlichkeiten von allen den Unſen jetzigen und künfftigen, ſe ſind hobe effte ſide, geſtlick effte werlick, als von Uns approberet, confirmiret und* 1566.

ratificiret ſtede und vaſt unvorbraken tho holdende darweder nichte vornehmen gehandelt noch gethan; Sondern ſe dabey ernſtlich und kräfftiglichen geſchützet, gehandhabet und beſchermet werden ſollen. Bey Vermeydung Unſerer Straff und Ungnade. Des tho Uhrkhund hebben Wy deſſen Breff mit eigenen Händen unterſcreven, und mit Unſern Königlichen anhangenden Secret *bekräfftigen laten* (*). Flensborch *den* 11. Septembr. Anno 1566.

(*) Plane iisdem verbis Privilegia Coenobii hujus confirmavit *Dux Johannes* (Hans de Oldere tho Hadersleven) ſub dato *up dem Slote Wausburg d.* 16. *Aug. A.* 1567. Iterumque iisdem verbis uſus eſt Dux *Fridericus* in Confirmatione data *Gottorpii d.* 31. *Jan. A.* 1617. excepto introitu: *Nachdem die ehrwürdige und vieltugendſame Unſere liebe andächtige Priörin Unſers Cloſters S. Joh. fur Sleſswig auf unlängſt fürgeweſenen Huldigungs-Tag in Unſer Stad Sleſswig neben andern Prælaten und Stænden Unſer Fürſtenthümer Schleſswig-Holſt. nach üblichen Gebrauch und Herkommen Uns als einem mitregierenden Landes-Fürſten die gewöhnliche Huldigung und Pflicht leiſten laſſen; daſs Wir demnach aus ſondern Gnaden ihnen Priörin &c.* Et poſt verba *ungekrencket &c.* adduntur hæc: *Zudeme auch Uns und Unſern Erben und Nachkommen die Landesfürſtliche Hoheit und was deren mehr anhängig, wie vor Alters herpracht, fürbehältlich; Setzen, ordnen &c.*

IX.
JACOBI FABRICII F. ECCLESIARVM SLESV. HOLSAT. QVONDAM SVPERATTENDENTIS GENERALIS ET CHRIST. FRIDERICI FEVSTKINGII V. D. M. COETVS IN TOLCK, NOTÆ ET OBSERVATIONES AD JO. ADOLPHI CYPRÆI ANNALES EPISCOPORVM SLESVICENSIVM EDIT. COLON. AGRIPP. 1634. 8.

I. NOTÆ J. FABRICII.

Ad epiſtolam dedicatoriam. Variat hæc, aliquando enim inſcripta legitur *Moguntiæ epiſcopo Anshelmo*, epiſcopis *Bambergenſi* & *Oſnabrugenſi Franciſcis;* aliquando vero Principi ac Domino *Friderico* Hæredi Norwagiæ Dan. Sleſv. & Holſat. quem in ſacrorum Pontificior. partes trahere laborat. Verba in priori dedicatione haud obvia incipiunt *Quænam igitur:* & deſinunt in verbo oſtendit. Reliqua quæ præmittuntur & ſequuntur à priori dedicatione ad archiepiſcopum & epiſcopos haud differunt. *Ad verba epiſtolæ dedicatoriæ: interveniente nobiliſſimi ac ſtrenui viri Georgii von der Wiſch cet. monet Fabricius:* annon rectius ſcriberet Veſtra Celſitudo? alloquitur enim Principem. *Rev. ac doctiſſ. viri M. Jac. Fabricii conſenſu ac permiſſione:* Dn. Parens plane non conſenſit, ſed ipſum ad illuſtriſſimum remiſit, aut in ejus abſentia ad nobiliſſimum præfectum. *Delegata alteri officii mei adminiſtratione quam provinciam & libens in ſe recepit*, quam libens id vere DEUS noverit; longe contrarium audires ex ipſo, cui hæc adminiſtratio fuerat delegata. *Pag. 76. Thrucco quod a religione chriſtiana omnino abhorreret:* ſed & hic ne vel maxime abhorrebat? quæ ergo hæc ratio? *pag. 77. Suenotto in regnum receptus fuit idque conceſſu & permiſſione Regis Sueciæ qui Suen-Ottonis vitricus erat. Nam in uxorem duxerat Herici viduam:* Rex Sueciæ *Olaphus* non vitricus ſed privignus erat. Nam in uxorem Sueno duxerat Herici viduam. *ibid. Sed tandem Sueno:* Promiſcue autor ponit Sueno, Suenotto. *pag. 78. Hector Boethius ſcribit Suenonem - - baptizatum:* Denuo baptizatus eſt. vide *Sylv. Chron. Heldv.* p. 79. utut ante baptizatus eſſet p. 54. & ab Otttone Imperatore baptiſmo admotus & Suenotto dictus. *pag. 79. Poppo tandem Suenonem in ſuam ſententiam pertraxit:* ſed annon in *Scotia* jam ante converſus p. 77. 78. quomodo ergo jam tandem? *ibid. Quod videns Rex Haraldus abjecta idolatria:* ſcribit p. 54. Haraldum baptizatum a. 946. quomodo ergo demum 974. idololatriam abjecit? *pag. 80. cum comitia haberet Haraldus:* Heldvaderus ſcribit p. 80. *daſs* Sueno *dieſen Reichs-Tag gehalten*, quod veriſimilius: *denn* Haraldus *ſtarb:* 980. Poppo *aber iſt erſt um* 984. *Biſchoff worden. pag. 84. Usque adeo ut in Friſia Poppones multos reperire liceat:* Cur in Friſia ſola & non in *Dania* vel maxime? *pag. 87. Canutus Rex filiam ſuam Gunildam Henrico III. cognomento Nigro Imperatori nuptui tradidit:* Chronicon Carionis lib. 4. p. 635. Uxor prima Henrici III. fuit Cunegunda Anglica, Cyneronis Regis Anglici filia de qua diſſimiles ſcriptorum ſententiæ. *pag. 338. Catalogus ab epiſcopo Nicolao confectus:* cur non ab Henrico qui illo anno epiſcopus electus fuit. *pag. 375. Liberi Chriſtiani I. fuerunt Fridericus Rex Daniæ cet.* Non hic fuit primus, Johannes illum præceſſit qui etiam patri ſucceſſit in regno. Cum Johannes Rex eſſet, erat Fridericus 10. annorum & Johannes ipſius Tutor. vide *Sylv. Chron. Heldv.* p. 128. 129. *pag. 408. Collato nimirum ipſi (Chriſtierno) pleno dominio jure ac poteſtate ſuper feudum Holſatiæ:* Quæ ſententia verborum? An feudum ita datum Chriſtierno, ut ipſe poſt conferat, annon adhuc hodie datur à Cæſare? *pag. 412. Chriſtiernus electorum Brandenburgenſem ſocerum ſuum convenit:* non ſocerum ſed ſororium, vide p. 410. *pag. 414. Rex Fridericus claſſem in Norwegiam transmiſit:* ſi claſſem transmiſit in Norwegiam quomodo appulit autem Sueciam? annon Chriſtiernus erat in Norwegia, quomodo ergo Stegæ captus in Suecia? *ibid. Godſchalcus de Alevelde a. 1508. Lubeca à Dn. Johanne Ratzeburgenſi Wilhelmo Sleſvicenſi & Petro Suerinenſi epiſcopis epiſcopus eſt conſecratus:* fuit Wilhelmus epiſcopus Sleſvicenſis, quo modo ergo Godſcalcus eligi potuit? *pag. 426. An. 1532. in fatis conceſſit Fridericus:* non an. 1532. ſed 1533. d. 10. April. mortuus eſt Fridericus, p. ſeqq. *pag. 427. Fridericus I. Dux Sleſvicenſ. natus a. 1456.* non natus eſt a. 1456. *pag. 429. Fridericus quartus Friderici I. Regis Daniæ filius:* pro Q. pone q. & omitte comma. Non habemus Fridericum quartum. Sed eſt hic Fridericus quartus Friderici primi Regis